45073. — *Petro de Jailiaco*, rectori parochialis eccl. de Nanuinea, Autisiodoren. di., item in eccl. Nivernensi. — I. e. m. abbati s. Genovefæ et cantori supradictis, ac priori de Caritate, Autisiodoren. di. (A. 33, f. 432^b; V. 91, ep. 2190).

45074. — *Stephano Gervasii*, canonico præbendario eccl. s. Martini Leodien., item in eccl. s. Karodochi de Donziaco, Autisiodoren. di. — In e. m. abbati monast. s. Genovefæ, et decano Autissiodoren., ac cantori Bisuntin. eccl. (A. 33, f. 432^b; V. 91, ep. 2191).

45075. — Item *Rogero Ruffi* in eccl. s. Petri Insulensis, Tornacen. di. — In e. m. prædictis abbati et cantori, ac priori de Fivia juxta Insulam, Tornacen. di. (A. 33, f. 433^a; V. 91, ep. 2193).

45076. — *Mag. Nicolao de Petra, medico*, provisio canon. sub exp. præb. eccl. Tornacensis, non obst. præpositura eccl. B. M. Brugensis, ac in eadem, Harlebecensi ac Terremondensi, Tornacen. et Cameracen. di., eccl. canon. et præbendis. — In e. m. abbati monast. s. Bavonis Ganden., et decano Curtracen., Tornacen. di., ac cantori Bisuntin. eccl. (A. 33, f. 434^a; V. 91, ep. 2196).

45077. — *Guillelmo Coquille de Nivernis* prov. canon. sub exp. præb. eccl. de Duno Regis, Bituricen. di. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et decano Bituricen., ac cantori Bisuntin. eccl. (A. 33, f. 434^b; V. 91, ep. 2198).

45078. — *Joanni Grandi* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Claromontensis, non obst. in eccl. Furnensi canonicatu et præb., parochiali ecclesia de Sargiaco et in eccl. de Clemenciaco, Morinen. et Autissiodoren. di., canonicatu sub exp. præb. — In e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et priori de Caritate, Autissiodoren. di., ac cantori eccl. Bisuntinæ. (A. 33, f. 434^b; V. 91, ep. 2199).

45079. — *Mag. Joanni de Oestburgh, alias Brugensi, legum professori*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Cameracensis, necnon dignitatis, vel personatus seu off.; non obst. in s. Donatiani Brugen., s. Quintini Viromanden. et Senogiensi ecclesiis, Tornacen., Noviomen. et Cameracen. di., canon. et præbendis. — In e. m. s. Auberti Cameracen. et s. Genovefæ Parisien. monast. abbatibus, ac cantori eccl. Bisuntinæ. (A. 33, f. 435^b; V. 91, ep. 2208).

45080. — *Thierrico de Lehasselt* prov. canon. sub exp. præb. eccl. s. Donatiani Brugenensis, Tornacen. di. — In e. m. s. Genovefæ Parisien. et s. Andreæ juxta Brugas, Tornacen. di., monast. abbatibus, ac cantori eccl. Bisuntinæ. (A. 33, f. 442^a; V. 91, ep. 2244).

45081. — Item in eccl. s. Petri Gasletensis, Morinen. di., *Martino de Heusdine*, rectori paroch. eccl. de Loen et perp. cap. in eccl. s. Michaelis Ganden., Morinen. et

Datum *Arenione*.

Tornacen. di. — In e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et Bisuntinæ ac B. M. Casleten., Morinen. di., eccl. cantoribus. (A. 33, f. 442^b; V. 91, ep. 2245).

3 (iv non.) maii 1329.
T. XI. XIII.

45082. — *Ponceleto de Braquis supra Mosam, nato Joannis dicti Borgois de Villuribus*, item in eccl. s. Petri de Maceriis supra Mosam, Remen. di. — I. e. m. s. Nicasii Remen., et s. Genovefæ Parisien. monast. abbatibus, ac cantori eccl. Bisuntinæ. (A. 33, f. 442^b; V. 91, ep. 2246).

Ut s.
T. XI. XIII.

45083. — *Nicolao dicto Gheyline* prov. canon. sub exp. præb. eccl. s. Rumoldi Macliniensis, Cameracen. di. — In e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et decano Bruxellen., Cameracen. di., ac cantori Bisuntinæ eccl. (A. 33, f. 442^b; V. 91, ep. 2247).

Ut s.

45084. — *Lamberto dicto Maykain* prov. canon. sub exp. præb. eccl. s. Hermetis Rothnacen., Cameracen. di. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et decano Tornacen., ac cantori Bisuntin. eccl. (V. 91, ep. 2278).

Ut s.
T. XXX.

45085. — *Ludovico, comiti, et Margaretæ, comitissæ Flandriæ, ejus uxori*, facultas faciendi celebrari divina officia in locis interdicto suppositis. (A. 33, f. 448^a; V. 91, ep. 2321).

Ut s.
T. XXX.

45086. — *Eisdem* facultas eligendi confessorem qui ipsis semel in mortis articulo plenam remissionem peccatorum concedat. (A. 33, f. 459^b; V. 91, ep. 2323).

Ut s.
T. XXIV.

45087. — *Eisdem* indultum altaris portatilis. (A. 33, f. 459^b; V. 91, ep. 2324).

Ut s.
T. XX.

45088. — *Eisdem* conc. ut confessor vota ab ipsis emissa, ultramarino et beatorum Petri et Pauli ac Jacobi apostolorum exceptis, in alia pietatis opera commutet. (A. 33, f. 465^a; V. 91, ep. 2325).

Ut s.
T. XXIV.

45089. — *Eisdem* facultas missam faciendi celebrari antequam dies illucescat. (A. 33, f. 465^a; V. 91, ep. 2326).

Ut s.
T. XXIV.

45090. — *Eisdem* facultas eligendi confessorem. (A. 33, f. 465^a; V. 91, ep. 2327).

Ut s.
T. XXX.

45091. — *Eisdem* facultas ut capellani eorum ipsis ecclesiastica sacramenta ministrent. (A. 33, f. 465^a; V. 91, ep. 2328).

Ut s.
T. XL. XLII.

45092. — *Eisdem* indultum ut sex clerici familiares domestici benef. suorum fructus absque residentia percipiant usque ad triennium. — I. e. m. s. Genovefæ Parisien. et s. Bavonis Gandensis, Tornacen. di., monast. abbatibus, ac cantori eccl. Bisuntinæ. (A. 33, f. 468^a; V. 91, ep. 2332).

Ut s.
T. XL.

45093. — *Ep.o Leodiensi* mand. ut dispenset cum Symone, filio Joannis dicti de Mirabello, alias de Halen, laici, milite suæ di., super defectu natalium, cum sit ex dicto Joanne tunc soluto et soluta genitus, ad successionem bonorum sui patris obtinendam; cum idem Symon consistat in terris Romani Imperii in quibus Papa, vacante Imperio, sibi arrogat jus dispensandi. (A. 34, f. 73^b; V. 91, ep. 2703; A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. II, p. 292, n. 2441).

Ut s.

45094. — *Guillelmo Charreton, de Lugduno*, gratia exp. beneficii ecclesiast. c. c. vel s. c. etiam si prioratus, seu dignitas, aut off. seu administr. existat (100 l. t. p. secundum taxationem decimæ) ad collat. abbatis et conv. monasterii Athanacensis Lugdunen., O. S. B., (cujus existit monachus) pertinentis, per monachos dicit monasterii gub. consueti, in eodem monast., seu civit. vel di. Lugdunen. — In e. m. Chaberto Hugonis, legum doctori, Æduen., et Percevallo de Palude, Lugdunen., ac Guillelmo de Varey, Matisconen. eccl. canonicis. (V. 92, ep. 3446).

4 (iv non.) maii 1329.
T. XXVI.

45095. — *Compostellanen. et Bracharen. archiep.is* mandatur ut inquirant contra Gondisalvum ep.um Aurien., qui Garsiam Martini, thesaur. eccl. Aurien., omnibus

Datum Avenione.

beneficiis suis absque causa privavit et diro carceri, in quo longa tabe consumptus obiit, mancipari fecit, ac etiam ipsum thesaurarium et Elviram Ariam, viduam, matrem ejus, tamquam jurisdictionem habens temporalem in civit. Avenionen. patrimonialibus bonis spoliavit; si igitur per hujusmodi inquisitionem eund. ep. um innocentem invenerint, ac juste et legitime processisse, ipsum a prædictis impositis sibi criminibus absolvant; alioquin ipsum citent ut coram Papa compareat. (A. 33, f. 198^b; V. 90, ep. 1621).

4 (iv non.) maii 1329.

T. XXIV.

45096. — *Agneti abbatissæ monast. B. M. Xanctonen., O. S. B.*, indult. ut confessor ei semel tantum in mortis periculo omnium peccatorum suorum remissionem concedere valeat. (A. 33, f. 197^b; V. 90, ep. 1637).

Ut s.

T. XXIV.

45097. — *Galgano de Manfredonia, militi, et Paladinæ, ejus uxori, Sipontin. di.*, indulgetur ut confessor eis semel tantum in mortis articulo plenam omnium peccatorum suorum remissionem concedere valeat. (A. 33, f. 240^b; V. 90, ep. 1766).

Ut s.

T. XXIV.

45098. — *Petro, archiep.o Regin.*, conceditur idem. (A. 33, f. 241^a; V. 90, ep. 1782).

Ut s.

T. XVI.

45099. — *Eidem* licentia testandi. (A. 33, f. 241^a; V. 90, ep. 1783).

Ut s.

T. XI.

45100. — *S. Stephani de Bosco et s. Trinitatis abbates, ac prior de Balnearia, per priorem soliti gub., monast., Squillacen. et Militen. di.*, dantur ut iudices conservatores, ad quinquennium, Petro archiep.o Regin. (A. 32, f. 104^a; V. 90, ep. 1788).

Ut s.

T. XII, XIV.

45101. — *Guidoni ep.o Majoricen.* indulgetur ut apud S. A. moram trahens, aut Jacobi regis Majoricarum consiliis assistens, vel ex aliis causis extra suam di. et insulam Majoricen. existens, fructus duarum præb. quas de consuetudine, ex statuto ecclesiæ Majoricen., prædecessores sui, ep.i Majoricen., obtinuerunt et ipse etiam obtinet in eadem, usque ad triennium integre percipiat et ad residendum interim minime teneatur. — I. e. m. ep.o Elnen., et abbati monast. B. M. de Regali, Majoricen. di., ac Petro de Abbatia, can. Valentin. (A. 33, f. 287^a; V. 90, ep. 1852).

Ut s.

T. XVI.

45102. — *Marco ep.o Famagustan.* facultas testandi. (A. 33, f. 272^b; V. 90, ep. 1891).

Ut s.

T. XX.

45103. — *Hugoni, regi Cypri*, indult. celebrare faciendi antequam dies illucescat. (A. 33, f. 293^b; V. 90, ep. 1897).

Ut s.

T. XI, XIII.

45104. — *Guelfo de Pulcis, de Florentia*, prov. canonicatus eccl. Famagustanæ sub exp. præb., dign., personatus seu off. c. c. vel s. c. — I. e. m. abbati monast. Episcopie Nicosien. di., et Bertrando de Sancto Genesio, decano Engolismen., cap. Papæ, ac Baliano Gheci, can. Nicosien. eccl. (A. 33, f. 295^a; V. 90, ep. 1898).

Ut s.

T. XXIV.

45105. — *Marco ep.o Famagustano* conceditur idem ac supra, n. 45096. (A. 33, f. 273^b; V. 90, ep. 1909).

Ut s.

45106. — *Gualvano abbati monast. s. Trinitatis de Brundulo, Cisterc. ord., Clugien. di.*, facultas recipiendi benedictionis munus a quocumque maluerit antistite. (A. 33, f. 330^b; V. 90, ep. 1984).

Ut s.

T. XII, XIV.

45107. — *Ulrico de Aventica* prov. canonicatus et præb. Lausanen. in proximo vacaturorum per adeptionem aliorum canon. et præb. eccl. Lausanensis quæ collata fuerunt a S. A. Guillelmo de Aventica; non obst. defectu natalium, cum sit ex soluto et soluta genitus, de quo dispensatur, ac parochiali eccl. de Lenta, Sedunen. di. — In e. m.

1. In margine registri Avinionensis legitur: « Attende quod missu fuit de Camera sine signo vicecellarii ».

Datum Arenione.

abbati monast. Altaeristæ, et priori Paterniacen., Lausanen. di., ac Jacobo de Mutina, scolast. eccl. Tullen., PP. cap. (A. 268, f. 488^b; V. 92, ep. 3320).

4 (iv non.) maii 1329.

45108. — *Guillelmo de Aventica* prov. canon. et præb. eccl. Lausanensis, vacantium apud S. A. per obitum in illis partibus Ottonis de Aventica, S. A. cap.; dimittat autem alia præb. et canonicatum in eadem ecclesia. — In e. m. ut s. (V. 92, ep. 3323).

5 (iii non.) maii 1329.

T. XX.

45109. — Visitantibus eccl. b. Stephani ad pontem Florentin. conc. indulgentia LX dierum in festo b. Bartholomæi apostoli; XL vero dierum in ejusd. festivitatis octava. (A. 33, f. 203^b; V. 90, ep. 1724).

Ut s.

T. XXIV.

45110. — *N. m. Jausions de Combreto, Vabren. di.*, conceditur idem ac supra, n. 45096. (A. 33, f. 252^a; V. 90, ep. 1799).

Ut s.

T. XI, XIII.

45111. — *Petro nato mag. Innocentii de Botonto* gratia exp. benef. s. c. (12 unc. auri sec. tax. dec.), in civit. et di. Melfiten., pertin. ad collat. ep. i et capit. Melfiten. — I. e. m. ep. o Vigilien., et abbati monast. s. Leonis Botontin., ac archid. Brundusino. (A. 33, f. 461^a; V. 91, ep. 2336).

Ut s.

T. XI, XIII.

45112. — *Eidem* prov. canonicatus sub exp. præb. eccl. Botontinæ. — I. e. m. ut s. (A. 33, f. 461^b; V. 91, ep. 2337).

Ut s.

T. XI, XIII.

45113. — *Martino, nato Rufini Biscossæ*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. s. Joannis Donarum Papien. — I. e. m. præp. S. M. de Valentia, Papien. di., et archipr. Papien. ac mag. Petro de Vigono, can. Taurinen. eccl., script. Papæ. (A. 34, f. 246^a; V. 92, ep. 3122).

Ut s.

T. XI, XIII.

45114. — *Ambrosino nato Bertramini de Desio* prov. canon. eccl. Decumanorum Mediolanen. sub exp. præb. — I. e. m. abbati monast. s. Ambrosii Mediolanen., et s. Juventii Papien., ac S. M. de Valentia, Papien. di., præpositis eccl. (A. 34, f. 253^b; V. 92, ep. 3135).

6 (ii non.) maii 1329.

T. XX.

45115. — *Ep. o Cameracensi* mand. ut abbati et conv. monasterii de Valcellis, Cisterciens. ord., Cameracen. di., restituat curtem de Ribaucort, ejusdem di., ab eis venditam b. m. Petro ep. o Cameracensi qui pretium statutum non persolvit; quod si ratio existat non obediendi mandato apostolico, compareat infra unius mensis spatium coram Papa. (A. 33, f. 220^a; V. 90, ep. 1716; A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. II, p. 293, n. 2443).

Ut s.

T. XVIII, XX.

45116. — *Ingeranno, Morinensi ep. o*, indultum ut tres clerici, ipsius familiares domestici, fructus benef. suorum, ad triennium, absque residentia percipiant. — In e. m. s. Bertini de s. Audomaro et s. Joannis in Monte abbatibus, ac priori s. Andreae juxta Ariam, per priorem soliti gub., monasteriorum, Morinen. di. (A. 33, f. 228^a; V. 90, ep. 1757).

Ut s.

T. XXX.

45117. — *Priori s. Jacobi ultra Arnum Florentin., et archipr. Vulleran., ac Gentili de Badelmontibus, can. Florentin. eccl.*, mand. ut Valdo Bindi de Altavitis conferant plebanatum collegiatæ plebis s. Martini de Brotzio, Florentin. di., c. c., vac. per obitum Gualteroti in partibus illis defuncti; et apud S. A. prævia speciali reservatione per PP. dudum facta de omnibus collegiatis eccl. in partibus Tusciæ consistentibus; non obst., quod in eccl. Florentina canonicatum sub exp. præb. expectet; cassantur litteræ apost. quarum vigore benef. c. c. vel s. c. ad collat. ep. i Florentini expectat. (A. 33, f. 251^a; V. 90, ep. 1790).

Ut s.

T. XXVI.

45118. — *Helix de Borno*, mon. et camberlencho monast. s. Joannis Angeliacen., O. S. B., Xanctonen. di., conc. ut sine causa legitima nequeat amoveri ab off. camberlenchiæ dicti monasterii quod Rollandus abbas post obitum Petri Jay eid. Helix, ad evidentem utilitatem ejusdem monast., cum ejus antiquis doveriis contulit, prout ad

Datum Avenione.

eum spectabat. Sequuntur litteræ ejusd. abbatis supplicantis, datæ apud Carcellas die sabbati post translationem b. Nicolai circa horam meridianam anno Domini MCCCXXV. (A. 33, f. 285^b; V. 90, ep. 1880).

6 (ii non.) maii 1329.

Gr. pro pers. card.

45119. — *Abbati monast. Casamarii, Verulan. di., et priori s. Benedicti, ac archipr. majoris eccl. Paduanæ* mand. ut Anibaldo, s. Laurentii in Lucina presb. card., commendent usque ad S. A. beneplacitum prioratum conventualem S. M. de Vancio Paduan., O. S. B., per obitum Hugolini apud S. A., prævia generali reservatione locorum ecclesiasticorum patriarchatus Aquilegen. per PP. facta, vacantem; non obst. aliis beneficiis quæ non exprimuntur. (A. 33, f. 332^a; V. 90, ep. 1978).

Ut s.

Gr. pro nep. card.

45120. — *Theobaldo, nato n. v. Francisci de Campo florum, Mathæi ss. Joannis et Pauli presb. card. nepoti*, prov. canon. et præb. eccl. s. Symphoriani Remen., per resignationem Stephani de Insula de Urbe vacantium; non obst. in eccl. Agrigentina canon. et præb., provisione canon. et præb. eccl. Tornacen., S. M. de Pallaria de Urbe et s. Angeli de Monte Appennino, Nucerin. di., ecclesiis, ac provisione sequenti. — In e. m. abbati monast. s. Remigii Remensis, et archid. Majoricarum Legionen., ac mag. Blasio de Cassia, can. Veronen. eccl., PP. scriptori. (A. 33, f. 333^a; V. 90, ep. 1986).

Ut s.

Gr. pro nep. card.

45121. — *Eidem* prov. canon. et præb. eccl. Metensis ut supra vacantium; non obst. ut s. — In e. m. abbati monast. s. Vincentii Meten. et Majoricen. Legionen., ac Stadien. Catalaunen. eccl. archidiaconis. (A. 33, f. 333^b; V. 90, ep. 1987).

Ut s.

45122. — *Jordano nato Francisci Jordani de Insula de Urbe* collatio canonicatus et præb. basilicæ principis apostolorum de Urbe, vac. per resignat. Theobaldi nati n. v. Francisci de Campo florum apud S. A. in manibus Mathæi ss. Joannis et Pauli presb. card. supplic. factam. — I. e. m. s. Pauli de Urbe et s. Laurentii foris muros Urbis monast. abbatibus, ac archid. de Majorica in eccl. Legionensi. (A. 33, f. 350^a; V. 91, ep. 2039).

Ut s.

T. XI, XIII.

45123. — *Mathæo de Erchiis, sacræ theologiæ magistro*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Suessionensis; non obst. parochiali eccl. de Wampais ac quadam perp. capell. in eccl. B. M. de Nigella, Laudunen. et Noviomen. di. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ, et decano Parisien., ac cantori Constantien. eccl. (A. 34, f. 217^a; V. 92, ep. 3052).

7 (non.) maii 1329.

T. XI, XIII.

45124. — *Joanni nato Francisci Cachi* prov. canonicatus sub exp. præb. eccl. s. Victoris de s. Victore, Terdonen. di. — In e. m. S. M. de Canali Terdonen., et s. Juventii Papien. præpositis, ac archipr. S. M. de Vezano, Terdonen. di. (A. 33, f. 465^b; V. 90, ep. 1314).

Ut s.

T. XI, XIII.

45125. — *Joanni de Gentilibus, de Carlasio*, item in eccl. S. M. de Viguzolo, Terdonen. di.; non obst. quod clericale beneficium ecclesiæ s. Georgii Terdonen. oblineat. — I. e. m. abbati monast. s. Marciani Terdonen., et præp. s. Juventii Papien., ac archipresbytero supradicto. (A. 33, f. 466^a; V. 90, ep. 1315).

Ut s.

T. XX.

45126. — *Itherio de Concoreto, can. Saresbirien., in partibus Angliæ A. S. nuntio*, mand. ut se informet et papæ referat de valore reddituum unius anni ecclesiæ Cassellensis; supplic. Joanne, ep.o Cassellensi, qui exposuit quod Stephanus, ad eandem eccl. a Nicolao Papa IV promotus, se pro communi servitio et collegio cardinalium in 728 marchis sterlingorum, marcha pro quinque flor. auri secundum morem romanæ curiæ computata, obligavit, licet ejusd. eccl. redditus vix ad 350 marchas ejusd. monetæ ascenderint annuatim. Ipse autem Stephanus obiit nulla solutione facta; et subsequenter b. m. Mauritius et Guillelmus similiter se obligaverunt, immo summas a prædecessoribus eorum propter paupertatem dictæ eccl. non solutas recognoverunt, sed nihil ead. causa

Datum *Avenione*.

persolverunt. Dicitur denique Joannes, nunc archiepiscopus, ex Minden. eccl. translatus, pro prædecessoribus suis ad solvendum 7800 flor. auri et ultra se obligavit cameræ apost., sed hujusmodi debitorum onera et exiguitatem reddituum ejusd. eccl. Cassellen., qui vix ad 250 marchas modernis temporibus ascendunt, considerans, Papæ supplicavit ut super hoc providere dignaretur. (A. 33, f. 242^a; V. 90, ep. 1751).

7 (non.) maii 1329.
T. XI, XIII

45127. — *Hugolino nato Jacobi Roselmini de Pisis* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Lucan.: non obst. collatione hodie ipsi facta de plebanatu plebis ss. Joannis et Stephani de Montetopari, Lucan. di. — I. e. m. episcopo Marsicano, et mag. Manuelli de Flisco, can. Alrebaten., not. Papæ, ac præp. S. M. de Sancto Miniato, Lucan. di., eccl. (A. 33, f. 281^b; V. 90, ep. 1859).

Ut s.
T. XXIV.

45128. — *Joanni Parentii, de Urbe, O. S. A., theologiæ mag.*, conc. facultas eligendi aliquem locum sui ord., sibi tutum, et in eo cum uno socio fratre dicti ord. pro securitate sua commorandi, nam propter servitia Romanæ Ecclesiæ et Roberto, regi Siciliæ, impensa nonnulli magnates et nobiles illarum partium dictæ Ecclesiæ emuli et rebelles ipsum capitali odio prosequuntur. (A. 33, f. 278^a; V. 90, ep. 1901).

Ut s.
T. XV, XVII.

45129. — *Bernardo Hugonis de Roseto*, Bertrandi S. M. in Aquiro diac. card. consanguineo et capellano, collatio canonicatus et præb. eccl. Albiensis ante obitum Sicardi Alamanni per PP. disposit. suæ reservatorum (fit mentio de ordinatione ecclesiæ Albiensis, olim O. S. A., a Bonifacio Papa VIII in ecclesiam sæcularem immutatæ); non obst. thesauraria dictæ eccl. et parochiali eccl. de Bauro, Vauren. di.; cassantur litteræ quibus de canonicatu sub exp. præb. dictæ Albiensis eccl. per PP. provisus fuit. — I. e. m. decano Engolismen., et archid. de Belvacino Belvacen., ac Hugoni de Montearnaldo, can. Elnen. eccl. (A. 33, f. 316^a; V. 90, ep. 1924).

Ut s.
T. XXX.

45130. — *Episcopo Massan., et priori de Turrebeni de burgo Sanctæ Floræ, Lucan. di., ac Simoni Sapiti, can. Florentin.*, mand. ut Hugolino, nato Jacobi Roselmini, clerico Pisano, conferant plebanatum collegiatæ plebis ss. Joannis et Stephani de Montetopari, Lucan. di., per obitum Hugolini de Portariis apud S. A. prævia generali reservatione per PP. facta de collegiatis eccl. in partibus Tusciæ vac.; cum dispens. super defectu ætatis (20 an.); non obst. quod dictus plebanatus per alium, ut dicitur, occupatus teneatur. (A. 33, f. 348^a; V. 91, ep. 2017).

Ut s.
T. XI, XIII.

45131. — *Guillermo de Gentilibus de Carlasio* prov. canon. eccl. Terdonen. sub exp. præb., non obst. rectoria eccl. s. Luciæ prope Terdonam. — I. e. m. abbati monasterii s. Marciani, et S. M. de Canali Terdonen., ac s. Juventii Papien. præpositis eccl. (A. 33, f. 374^b; V. 91, ep. 2083).

Ut s.
T. XI, XIII.

45132. — *Guidoni dicto Vemere*, in u. j. provectoro, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Silvanecten. — I. e. m. abbati monast. s. Benigni, et ducis Burgundiæ ac Divitum capellarum decanis de Divione, Lingonen. di. (A. 33, f. 399^a; V. 91, ep. 2131).

Ut s.

45133. — *Gasberto, archiepiscopo Arelaten.*, facul. faciendi recipi in eccl. Arelatensi, O. S. A., in qua certus can. numerus non existit, duas personas idoneas in canonicos (1). (A. 33, f. 423^b; V. 91, ep. 2185).

Ut s.
T. XVI, XVIII.

45134. — *Sancto, nato Romani Pauli de Calvo, de Urbe*, prov. canon. eccl. Ostien. sub exp. præb. necnon benef. s. c. (50 flor. auri sec. tax. dec.), pertin. ad collat. episcopi et capit. Ostien. in civit. vel di. Ostien.; non obst. clericatu in eccl. s. Ægidii Interamnen. de quo nichil percipit. — I. e. m. abbati monast. s. Sabæ, et Jacobo Jordani de Insula,

1. In margine registri Avinionensis legitur: « De Camera; sine taxatione et sine signo vicecancellarii ».

Datum Avenione.

basilicæ principis apostolorum de Urbe, ac Jacobo Guidonis Pandulphi, Lateranen. canonicis. (A. 34, f. 29^a; V. 91, ep. 2582).

7 (non.) maii 1329.
T. XV, XVII.

45135. — *Walramo de Juliaro, PP. cap.*, prov. motu proprio canon., præb. et præposituræ eccl. Leodiensis, per obitum apud S. A. Bernardi s. Clementis presb. card.; non obst. præpositura eccl. s. Servatii Trajectensis, Leodien. di. — I. e. m. abbati monast. s. Pantaleonis, Colonien. di., et præp. S. M. Aquen., Leodien. di., ac archid. Nannetensis eccl. (A. 34, f. 71^b; V. 91, ep. 2701).

8 (viii id.) maii 1329.
T. XX.

45136. — *Præp., decano ac thesaur. eccl. s. Petri Argentin.* mand. pro receptione Diliæ natæ n. v. Eberhardi de Mulnheim, puellæ litteratæ Argentin., in monast. s. Stephani Argentin., O. S. A. (A. 33, f. 273^b; V. 90, ep. 1910).

Ut s.
T. XI 1/2, XIII 1/2.

45137. — *Joanni dicto Cancelier* gratia exp. benef. sæcularis (c. c. 15 vel s. c. 10 l. l. sec. tax. dec.), pertin. ad collat. abbatissæ et conv. monasterii s. Stephani Argentin., O. S. A.; cum obligatione dimittendi perp. capellam s. Georgii Argentin. — I. e. m. decano et thesaur. s. Petri Argentin., ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen., litt. apost. correctori. (A. 33, f. 302^b; V. 90, ep. 1931).

Ut s.
T. XI, XIII.

45138. — *Ortwino dicto Klemschilt*, can. præbendario eccl. s. Thomæ Argentin., gratia exp. benef. sæcularis (c. c. 20 vel s. c. 15 march. arg. sec. tax. dec.), pertin. ad collat. abbatissæ et conv. monast. Maurimonasterii, O. S. B., Argentin. di. — I. e. m. ut s. (A. 33, f. 303^a; V. 90, ep. 1932).

Ut s.
T. XII, XIV.

45139. — *Sigeloni dicto Valdever*, can. præbendario eccl. Rinaugen., Argentin. di., gratia exp. dign., vel personatus seu off. c. c. vel s. c. in ead. eccl., dummodo principalis dign. non existat; non obst. in dicta eccl. officio cellerariæ quod dimittere tenetur, et in eccl. s. Thomæ Argentinensis canon. sub exp. præb. — I. e. m. ut s. (A. 33, f. 311^a; V. 90, ep. 1950).

Ut s.
T. XI, XIII.

45140. — *Nicolao dicto Wetzel* similis gratia in eccl. s. Thomæ Argentin., cujus can. præbendarius existit. — I. e. m. ut s. (A. 33, f. 311^a; V. 90, ep. 1951).

Ut s.
T. XI, XIII.

45141. — *Reimboldo, nato Reimboldi Reimboldelini, militis*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. s. Thomæ Argentin. — I. e. m. ut s. (A. 33, f. 341^a; V. 91, ep. 2009).

Ut s.
T. XI, XIII.

45142. — *Goszoni, nato quond. Erkenboldi de Tundenheim, civis Argentinensis*, item in ecclesia s. Amarini, Basilien. di. — I. e. m. thesaur. s. Petri et scolastico s. Thomæ Argentin., ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen., litt. apost. correctori. (A. 33, f. 341^b; V. 91, ep. 2010).

Ut s.
T. XXX.

45143. — *Berchtoldo cl. Argentin.* mand. ut a Friderico de Hochuelden. recipiat resignationem canonicatus et præb. eccl. s. Thomæ Argentin., eaque cuidam pers. idoneæ conferat. (A. 33, f. 344^a; V. 91, ep. 2012; Hauviller, *Analecta Argentinensia*, p. 154, n. 176).

Ut s.
T. XX.

45144. — *Præp., decano ac thesaur. eccl. s. Petri Argentin.* mand. pro receptione Dynæ natæ Lúdwici, dicti Schenken, de Chenheym. militis, puellæ litteratæ Argentin. di., in monast. in Andelabe, O. S. B., dictæ di. (A. 33, f. 345^a; V. 91, ep. 2013).

Ut s.
T. XI, XIII.

45145. — *Hugoni nato quond. Burchardi de Mulnheim, civis Argentin.*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Rinaugen., Argentin. di. — I. e. m. majoris et s. Thomæ Argentin. thesaurariis, ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen. eccl., litt. apost. correctori. (A. 33, f. 345^a; V. 91, ep. 2018).

Ut s.
T. XI, XIII.

45146. — *Philippo Hugonis* collatio parochialis eccl. de Villa Tritulis, Carcassonen. di., ante obitum Raimundi Gaumarrii per PP. dispositioni suæ reservatæ. — I. e. m. præp. et sacristæ Mirapiscen., ac Ariberto de Manso, can. Carcassonen. eccl. (A. 33, f. 368^b; V. 91, ep. 2052).

Datum *Arenione.*

S. VIII id. mai 1329

T. XI, XIII.

Ut s.

T. XX.

Ut s.

T. X, XII.

Ut s.

T. X, XII.

Ut s.

T. XI, XIII.

Ut s.

T. XI, XIII.

Ut s.

T. VXXIV.

Ut s.

T. XI, XIII.

Ut s.

T. XVI, XVIII.

Ut s.

Ut s.

45117. — *Burchardo nato quond. Burchardi de Mulaheim, civis Argentinæ.,* prov. canonicatus eccl. s. Petri Argentinæ., sub exp. præb., dign., personatus seu off. c. c. vel s. c. — I. e. m. ut s., n. 45145. (A. 33, f. 363^a; V. 91, ep. 2064).

45118. — *Arnoldo, s. Eustachii diacon. cardinali,* facultas a magistro Guillelmo de Auxona, legum professore, recipiendi resignationem de canon. et præb. eccl. s. Martini Leodiensis faciendam. (A. 33, f. 427^b; V. 91, ep. 2187).

45149. — *Girardo Baudeti, nato Joannis Baudeti de Auxona,* prov. canon. sub exp. præb. eccl. de Leriaco, Bituricen. di. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et decano Bituricen., ac cantori Bisuntin. eccl. (A. 33, f. 432^b; V. 91, ep. 2192).

45150. — *Bono Baudeti* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Trecensis; non obst. in eccl. s. Pauli Leodiensis canon. et præb. — In e. m. s. Genovefæ Parisien. et Arremansis, Trecen. di., monast. abbatibus, ac cantori eccl. Bisuntinæ. (A. 33, f. 433^a; V. 91, ep. 2194).

45151. — *Stephano de Bellomonte* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Belnensis, Æduen. di. — I. e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et decano Æduen. ac cantori Bisuntin. eccl. (A. 33, f. 434^a; V. 91, ep. 2197).

45152. — *Cuononi, nato Reiboldi Reiboldelini, mil.,* prov. canon. eccl. Haslæncensis, Argentinæ. di., sub exp. præb. et dign., quæ principalis in eadem eccl. non existat, vel personatus seu off. c. c. vel s. c. — I. e. m. decano et thesaur. s. Petri Argentinæ., ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen. eccl., litt. apost. correctori. (A. 33, f. 430^b; V. 91, ep. 2232).

45153. — *Verunton Pincernæ, subdiaconus, can. eccl. Bambergen.,* fit ep. us ejusd. eccl. post obitum Joannis per PP. disposit. suæ reservatæ. — I. e. m. capit. et vassallis dictæ eccl.; clero et populo civit. et di. Bambergen. (A. 33, f. 471^a; V. 91, ep. 2338).

45154. — *Joanni de Ferrariis, cler. Papiensi,* gratia exp. benef. (c. c. 40 vel s. c. 30 l. t. sec. tax. dec.), in civit. vel di. Asten., pertin. ad collat. ep. i Astensis. — I. e. m. Asten. et s. Yventii Papien. præpositis, ac archid. ejusdem Asten. eccl. (A. 34, f. 203^a; V. 92, ep. 3025).

45155. — *Nicolao de Canevanova, cap. Papæ,* prov. canon. eccl. Trajectensis sub exp. præb. cum supplemento quod consuevit per præpositum ipsius eccl. canonicis ejusdem eccl. assignari, necnon dignitatis, dummodo major post episcopalem non existat, vel personatus, aut off. vel benef. c. c. vel s. c.; non obst. in s. Juventii præpositura quam dimittere tenetur, et S. M. canonicæ Gualterii Papien. canonicatu et præb., de quibus jam VII annis elapsis aliquos redditus non percepit, cum sint per rebelles R. E. occupati, ac in Atrebatensi ecclesiis canonicatu sub exp. præb. — I. e. m. abbati monast. s. Pauli, et decano s. Salvatoris Trajecten., ac archipr. Perusinæ eccl. (A. 34, f. 211^a; V. 92, ep. 3046).

45156. — *Jacobino, nato Sygenbaldi de Zebereriis, clerico Papiensi,* gratia exp. unius ex clericatibus necnon præb. in eccl. s. Zionigniani Papiensis. — In e. m. abbati monast. s. Marciani Terdonen., et S. M. de Valentia ac s. Joannis de Bassignana, Papien. di., eccl. præpositis. (V. 92, ep. 3337).

45157. — *Augustino, filio Sygembaldi de Zebereriis, civis Papien.,* prov. præposituræ eccl. s. Romani majoris Papiensis, vacantis apud S. A. per obitum apud eandem sedem Petri de Butigellis; non obst. in eccl. Bononiensi canon. sub exp. præb. — In e. m. s. Marciani et s. Stephani Terdonen. monast. abbatibus, ac præp. eccl. S. M. de Valentia, Papien. di. (V. 92, ep. 3339).

Datum *Avenione*.

8 (viii id.) maii 1329.

45158. — *Godefrido, nato quondam Colini, cler. Metensi*, gratia exp. benef. ecclesiastici (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. p. secundum taxationem decimæ) ad decani, curatoris et capit. eccl. Meten. collationem in civit. vel di. Meten.; irritatur gratia exp. beneficii ecclesiast. c. c. vel s. c. ad collat. decani et capit. eccl. s. Petri Junioris Argentinens. in forma pauperum impetrata. (A. 1 268, f. 480^b).

9 (vii id.) maii 1329.

T. VI^{XXIV}.

45159. — *Walramus, præp. eccl. Spirensis, in diaconatus ord. constitutus*, fit ep. us ejusdem eccl. vacantis per translationem Bertholdi, olim Spiren. electi, ad eccl. Argentinensem. — I. e. m. capit. et vassallis dictæ Spiren. eccl.; clero et populo civit. et di. Spiren.; archiep. o Maguntino. (A. 33, f. 335^a; V. 90, ep. 1991).

Ut s.
T. V^{XXIV}.

45160. — *Joannes Artoudi, O. F. P. professor, sacerdos*, fit ep. us eccl. Nicien. post obitum Rostagni, in illis partibus defuncti, per PP. disposit. suæ reservatæ. — I. e. m. capit. dictæ eccl.; clero et populo civit. et di. Nicien.; archiep. o Ebredunensi. (A. 33, f. 409^a; V. 91, ep. 2146).

Ut s.
T. XX.

45161. — *Berengario Texonera, cler. Herden. di.*, confirmatur gratia exp. benef. (c. c. 80 vel s. c. 30 lib. tur. sec. tax. dec.) ad collat. archiep. i Terraconensis, ipsi facta, licet in litteris nulla habita sit mentio de quadam perp. portione seu ratione et sacristia s. c. in eccl. de Fraga, dictæ di., (6 lib. jaccen. cum dimidia sec. tax. dec.), quas tempore dictæ gratiæ obtinebat. (A. 34, f. 70^a; V. 91, ep. 2696).

Ut s.
T. III^{XX}.

45162. — *Franciscus de Bugella, sacerdos, mon. professus monast. de Locedio, Cisterc. ord., Vercellen. di.*, fit abbas monast. de Peroallo, dicti ord., Januen. di., per cessionem Guillelmi de Mirabello in manibus Bonifacii tunc abbatis de Ripalta, dicti ord., Terdonen. di., et patris abbatis ejusd. de Peroallo monasteriorum, apud S. A. prævia generali reservat. in provincia Januensi vacantis. — I. e. m. conv. de Peroallo. et abbati de Ripalta monast. prædictorum. (A. 34, f. 287^a; V. 92, ep. 3211).

10 (vi id.) maii 1329.

T. XI, XIII.

45163. — *Petro Carbonelli, nato Guillelmi Carbonelli mil.*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Tolonensis. — I. e. m. ep. o Aurasicen., et præp. Foro-Julien., ac sacristæ Aquen. eccl. (A. 33, f. 312^a; V. 90, ep. 1928).

Ut s.
T. XII, XIV.

45164. — *Pontio de Rippellis, cau. præbendario eccl. Herdensis*, collatio archidiacon. Rippacurtiæ in ead. eccl., c. c., ante obitum Petri Molinerii per PP. disposit. suæ reservati; non obst. in ead. eccl. præpositura seu mensata quæ nec dign. nec personatus existit, cujus redditus ultra 50 flor. auri, juxta tax. dec., non ascendunt, quamque dimittere tenetur, et canonicatu sub exp. præb. eccl. Urgellensis. — I. e. m. ep. o Vicen., et præp. Terraconen., ac archid. Solsonæ, Urgellen. eccl. (A. 33, f. 330^a; V. 90, ep. 1967).

Ut s.
T. XI, XIII.

45165. — *Joanni de La, mon. monast. s. Lamberti in Karinthia, O. S. B., Salzeburgen. di.*, gratia exp. prioratus vel benef. c. c. vel s. c., ad collationem abbatis et conv. ejusdem monast. pertin., et per ejus mon. soliti gub. — I. e. m. ep. o Laventin., et scolastico Tullen., ac mag. Laurentio de Brunna, can. Patavien. eccl. (A. 33, f. 325^b; V. 90, ep. 1970).

Ut s.
Gr. pro Deo.

45166. — *Martino Joannis Silvestri et Bernardo Martini, cau. Bracharen., ac priori F. O. P. de Vimaravis, Bracharen. di.*, committitur definienda causa inter Stephanum Garsia, mon. monast. s. Martini de Sandi, O. S. B., Bracharen. di., qui post obitum Gundisalvi in abbatem ejusdem monasterii per priorem claustralem et conv. unanimiter electus fuit, et Martinum Joannis mon. monast. de Bustello, dicti ord., Portugalen. di., qui a Stephano Pelagii, can. Bracharen., cui archiep. us Bracharensis confirmationem dictæ

1. In margine registri legitur: « Attende quod registrata fuerat per dominum Guillelmum. Attende quod deficit executoria ».

Datum *Arenione.*

electionis commiserat. in abbatem ejusd. monast. præfectus fuit. Dictus insuper Stephanus Garsie ad S. A. a præmissis appellavit, sed propter malitiam notarii, qui favorabilis alteri parti quamplurimum existebat, acta et munimenta in partibus habita habere nequivit et propter ejus nimiam paupertatem jus suum non potest apud Sedem prosequi antedictam. (A. 33, f. 343^a; V. 91, ep. 2011).

10 (v id.) maii 1329.
T. XI, XIII.

45167. — *Henrico de Mollhusen*, rectori parochialis eccl. in Elrich, Maguntin. di., prov. canon. sub exp. præb. eccl. s. Petri Jecheburgen., ejusd. di. — I. e. m. Northusen., Maguntin. di., et s. Pauli Halberstaden. præpositis, ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen. eccl., litt. apost. correctori. (A. 33, f. 376^b; V. 91, ep. 2086).

Ut s.
T. XI, XIII.

45168. — *Henrico de Dollendôrp* prov. canon. eccl. Bunnensis, Colonien. di., sub exp. præb., et curtis, vel decimæ seu obedientiæ, consuetarum canonicis ejusd. eccl. assignari; non obst. in eccl. B. M. ad Gradus Colonien. canonicatu et præb., ac in s. Florini in Confluentia et in Mesceden., Treveren. et Colonien. di., canonicatu sub exp. præb., ac cantoria in ead. s. Florini ecclesiis de qua nuper ipsi fuit apost. auct. provisum, quamvis quidam alius eam occupatam detineat. — I. e. m. decano s. Georgii Colonien., et mag. Jacobo de Mulina, Tullen., ac s. Georgii Colonien. scolasticis eccl. (A. 34, f. 19^b; V. 91, ep. 2345).

Ut s.
T. XI, XIII.

45169. — *Symoni, nato Facii Gonelle, civis Terdonensis, cler. Terdonensis di.*, gratia exp. beneficii ecclesiast. c. c. (50 flor. auri secundum taxationem decimæ) in civit. vel di. Terdonen., ad collationem ep. i Terdonensis. — In e. m. abbati monast. s. Marciani Terdonensis, et priori s. Bubonis de Vitheria, Terdonen. di., ac præp. eccl. s. Juventii Papiensis. (A. 35, f. 363^a; V. 92, ep. 3268).

Ut s.

45170. — *Richwino dicto de Tonburg* gratia exp. unius e perp. beneficiis, ferculis seu supplementis præbendæ vulgariter nuncupatis et consuetis canonicis præbendatis eccl. s. Severini Coloniensis assignari; non obst. in eadem et B. M. in Capitolio Colonien. ecclesiis canonicatu sub exp. præb., ac parochiali eccl. in Aurode, Colonien. di. — In e. m. abbati monast. Sybergen., et decano Bunnan., Colonien. di., ac scolastico eccl. Tullensis. (V. 92, ep. 3380).

11 (v id.) maii 1329.
T. XXIV.

45171. — *Geraldo de Bisturre, decano eccl. Andegaven.*, indultum eligendi confessorum qui ei semel tantum in mortis articulo plenam omnium suorum peccatorum remissionem concedere valeat. (A. 33, f. 279^b; V. 90, ep. 1892).

Ut s.
T. XI, XIII.

45172. — *Helie de Brotia*, mon. monast. s. Joannis Angeliacen., O. S. B., Xanctonen. di., gratia exp. prioratus, vel præpositatus, aut administr. seu off. c. c. vel s. c. spectantis ad collat. abbatis et conv. ejusdem monasterii, et per ejus mon. gub. consueti. — I. e. m. Andegaven., Pictaven. et Xanctonen. eccl. decanis. (A. 33, f. 304^a; V. 90, ep. 1906).

Ut s.
T. XI 1/2, XIII 1/2.

45173. — *Helie de Dompnio* gratia exp. benef. c. c. vel (s. c. 50 l. t. sec. tax. dec.), ad collat. ep. i Engolismensis; non obst. in Xanctonen. canonicatu sub exp. præb., et in sæculari s. Arthemii de Blanziasco eccl. canonicatu et præb., necnon parochiali eccl. de Monasteriis, Engolismen. di., quam dimittere tenetur, si benef. curatum obtinuerit. — I. e. m. abbati monast. s. Sergii, et decano Andegaven., ac mag. Joanni Maghani, can. Engolismen. eccl. (A. 33, f. 304^a; V. 90, ep. 1907).

Ut s.
T. XIII, XV.

45174. — *Geraldo de Bisturre, decano eccl. Andegaven.*, indulgetur ut ad triennium, a fine triennii ipsi XIV kal. aug. anno X^o concessi computandum, residendo in altero benef. suorum, vel insistendo scolasticis disciplinis in loco ubi studium vigeat generale, aut in romana curia moram trahendo, sive Papæ insistendo obsequiis, fructus omnium benef. suorum integre percipiat. — I. e. m. abbati monasterii s. Albini Andegaven., et Xanctonen. ac s. Hilarii Pictaven. ecclesiarum decanis. (A. 33, f. 304^b; V. 90, ep. 1912).

Datum *Avenione*.

44 (v id.) maii 1329.

T. XI, XIII.

Ut s.

T. XXIV.

45175. — *Arnaldo de Lur*, rectori parochialis eccl. de Joiaco, Andegaven. di., prov. canon. sub exp. præb. eccl. Dauratensis, Lemovicen. di. — I. e. m. abbati monast. s. Sergii, et decano eccl. Andegaven., ac officiali Lemovicensi. (A. 33, f. 393^a; V. 90, ep. 1913).

45176. — *Sacristæ, et Petro Alesii, Cæsaraugustan.*, ac *Petro de Remolinis, Calaguritan. can. eccl.*, mand. ut Bernardo Manentis, cler. Convenar. di., conferant parochialem eccl. de Guidar, Cæsaraugustan. di., vacantem per constit. *Execrabilis*, quam ipse assecutus fuerat ex collatione Hugonis de Mirabello, præp. Mimatensis, in partibus Aragoniæ A. S. nuntii, qui facultatem a Papa obtinuerat conferendi benef. c. c. vel s. c. in Terraconen. et Cæsaraugustan. civit., di. et provinciis tunc per dictam constit. seu assecutionem beneficiorum auct. apost. collatorum vacantia, dummodo 20 l. t. sec. tax. dec., necnon taxationem secundum communem existimationem, valorem annum non excederent. Dicitæ vero parochialis ecclesiæ fructus summam excedunt eandem, nam ad valorem 36 librarum jaccen. vel circa secundum solutionem decimæ est taxata, et propterea dicta collatio nullam obtinet roboris firmitatem. (A. 33, f. 349^b; V. 91, ep. 2026).

Ut s.
T. XI, XIII.

45177. — *Pascasio Martini* conferuntur canonicatus eccl. Calaguritanæ, et præbenda ac omnia præstimoniam cedentis vel decedentis canonici ad collat. ep.i et capituli Calaguritan. et Calciaten. pertin., si vacent vel cum vacaverint: non obst. quod in Calciaten. portionem et in patrimoniali de Haro ecclesiis perp. beneficium ac parochialem eccl. de Canoza, Calaguritan. et Terraconen. di., obtineat. — I. e. m. ep.o Burgen., et sacristæ Urgellen., ac Martino Sancio de Arteyz, can. Pampilonen. eccl. (A. 33, f. 440^a; V. 91, ep. 2214).

Ut s.
T. XII, XIV.

45178. — *Gisberto de Issartis, presb.*, gratia exp. benef. (c. c. 50 vel s. c. 30 l. t. sec. tax. dec.), in civit. vel di. S. Flori, pertin. ad collat. ep.i S. Flori, non obst. quod altare s. Trinitatis situm in eccl. Mimatensi obtineat. — I. e. m. præp. et sacristæ Mimatens., ac Guillelmo Rufi, can. Ancien. eccl. (A. 33, f. 440^b; V. 91, ep. 2215).

Ut s.
T. XII, XIV.

45179. — *Guillelmo de Cornilhano, can. Gerundensi*, indult. ut, in aliquo beneficiorum suorum residens, seu apud S. A. moram trahens aut insistens scolasticis disciplinis in loco ubi studium vigeat generale, fructus omnium benef. suorum usque ad triennium integre percipiat. — I. e. m. abbati de Villabertran. Gerunden. di., et priori s. Annæ Barchinonen., per priorem soliti gub., monast., ac sacristæ eccl. Urgellensis. (A. 33, f. 440^b; V. 91, ep. 2216).

Ut s.
T. XI 1/2, XIII 1/2.

45180. — *Petro Aylesii, can. eccl. Cæsaraugustanæ, O. S. A.*, gratia exp. benef. c. c. vel s. c. consueti canonicis dictæ eccl. assignari, etiamsi dign., vel personatus. seu off. aut administr. fuerit, dummodo hujusmodi dignitas major post archiepiscopalem in ead. eccl. non existat (100 lib. tur. sec. tax. dec.), in ead. eccl. vel extra; cum obligatione dimittendi officium seu administr. Caritarii in dicta eccl. — I. e. m. archiep.o Ebreunden. et sacristæ Urgellen., ac Martino de Sarinhana, can. Oscan. eccl. (A. 33, f. 441^a; V. 91, ep. 2217).

Ut s.
T. XI, XIII.

45181. — *Guillelmo de Castellario, presb.*, gratia exp. benef. (c. c. 50 vel s. c. 30 l. t. sec. tax. dec.), in civit. vel di. Herden., ad collat. ep.i et capituli Herden.; non obst. quodam perp. simplice benef. (15 lib. jaccen. sec. tax. dec.) in eccl. Herdensi. — I. e. m. priori s. Rufi Herden. di., et archid. Villæsiæ Terraconen., ac sacristæ Urgellensis eccl. (A. 33, f. 441^a; V. 91, ep. 2260).

Ut s.
T. XI, XIII.

45182. — *Bernardo Bages, presb.*, gratia exp. benef. (c. c. 50 vel s. c. 30 l. t. sec. tax. dec.), in civit. vel di. Elnen, pertin. ad collationem ep.i et capituli Elnen.; non obst. quod in eccl. s. Joannis de Perpignano, Elnen. di., quoddam perp. simplex benef.,

Datum *Aventone*.

locum sacerdotalem vulgariter nuncupatum, valoris annui usque ad 12 lib. vel circa, prout asserit, obtineat. — I. e. m. priori de Spirano, Elnen. di., et archid. Mirapiscen., ac sacristæ Urgellen. eccl. (A. 33, f. 455^a; V. 91, ep. 2296).

11 (v id.) maii 1329.
T. XVI.

45183. — Reservatur disposit. S. A. parochialis eccl. de Houdetot, Bajocen. di., vac. per obitum ultimi rectoris, ad quam Petrus ep. us Atrebaten., tunc abbas monast. Fiscannensis, O. S. B., Rothomagen. di., tanquam patronus, ut dicebat, ipsius eccl., Geraldum Judicis, rectorem parochialis eccl. s. Gervasii de Batyerville, Rothomagen. di., tunc clericum et famil. suum, Petro ep. o Bajocensi, loci diœcesano, præsentavit; cui quidem præsentationi Richardus de Briona, miles dictæ Bajocen. di., asserens præfatæ eccl. se fore patronum, se opposuit, quamobrem lis pendet inter abbatem et militem memoratos. (A. 34, f. 152^a; V. 92, ep. 2893).

Ut s.
T. XI, XIII.

45184. — *Garsia Eximini de Oronduris* prov. canon. sub exp. præbendæ eccl. Tirasonensis; non obst. in Tutelan. canon. et cantoria, ac in s. Petri de Olito eccl., Tirasonen. et Pampilonen. di., quadam portione. — In e. m. s. Crucis Tutelæ, Tirasonen. di., et præp. Mimaten., ac Aynario de Rada, can. Cæsaraugustanæ eccl. (A. 268, f. 458^a; V. 92, ep. 3260).

12 (iv id.) maii 1329.
T. XXIV.

45185. — *N. v. Waltero de Hestrus, d. no de Boinavalle, Morinen. di.*, indult. missam et alia divina officia faciendi celebrari in domibus propriis, seipso, matre aut uxore ejus præsentate. (A. 33, f. 246^b; V. 90, ep. 1798).

Ut s.
T. XX.
Gr. de mand. d. ni
vicecancellarii.

45186. — *Ep. o Tridentino* mand. ut inducat capitulum eccl. Tridentinæ ad assignandum Barnabæ magistro, ac priori et fratribus O. P. Tridentin., qui nuper extra civit. Tridentinam morantes se transferendi in civit. prædictam a Papa licentiam obtinuerunt, parochialem ecclesiam S. M., quam ipsi capit. una cum aliis pluribus parochialibus eccl. in eadem civit. habent, ad eos spectantem, de qua a presbytero ibidem conducto 18 florenos auri census nomine recipiunt annuatim; facta dictis capitulo pro censu prædicto recompensatione competente. (A. 33, f. 370^b; V. 91, ep. 2076).

13 (iii id.) maii 1329.
T. XI, XIII.

45187. — *Jacobo nato quond. Alberti dicti Seiler, civis Spirensis*, gratia exp. benef. (c. c. 15 vel s. c. 10 march. arg. sec. tax. dec.), ad collat. thesaurarii eccl. Argentinen. — I. e. m. præp. et decano s. Petri Argentinen., ac mag. Nicolao de Fractis, can. Patracen. eccl. (A. 33, f. 315^a; V. 90, ep. 1957).

Ut s.
T. X, XII.

45188. — *Bartholus Bernacoli* transfertur ex monast. s. Joannis de Vitegrossa, O. S. A., Eugubin. di., ad eccl. Perusinam, ejusd. ord., in qua certus can. numerus esse dicitur institutus. — I. e. m. abbati monast. s. Petri Perusini, et priori s. Secundi prope muros Eugubin., ac Guillelmo de Pusterla, can. Mediolanen., cap. Papæ. (A. 34, f. 70^b; V. 91, ep. 2681).

14 (ii id.) maii 1329.
T. XI 1/2, XIII 1/2.

45189. — *Marg. Ricardo de Pylmore* provisio canon. eccl. Moraviensis sub exp. præbendæ, dign., personatus seu off. c. c. vel s. c.; non obst. quod in eccl. Roffensi canonicatum et præb. oblineat, et de canon. et præbenda de Crudan in eccl. Aberdonensi, quorum possessionem, quia ordinarius eamd. præbendam alii contulit, nondum adeptus existit, ipsi per S. A. sit provisum, et quod auct. litt. ep. i Dunkeldensis in eccl. Dunkeldensi sub exp. præb. in can. sit receptus; quæ receptio et litteræ cassantur. — I. e. m. ep. o Roffen., et thesaur. Dunkelden., ac mag. Gotio de Arimino, can. Ravennaten. eccl., Papæ cap. (A. 33, f. 294^a; V. 90, ep. 1878).

Ut s.
T. XX.

45190. — *Archid. Parvicaleti, et mag. Gaufrido de Bryenchon, ac Theobaldo de Ibaya, can. Rothomagen.*, mand. ut Reginaldo de Houdetot conferant capellam s. Audoeni sitam in parochia ecclesiæ de Sehervilla, Rothomagen. di., solitam clericis sæcularibus in perp. beneficium assignari, de jure nunc vacantem, licet abbas monast. s. Vandregi-

Datum *Avenione*.

14 (n id.) maii 1329.

T. XI ¹/₂, XIII ¹/₂.

Ut s.

T. XI, XIII.

Ut s.

T. XII.

Ut s.

T. XI, XIII.

Ut s.

Ut s.

T. XI ¹/₂, XIII ¹/₂.

silii, O. S. B., dictæ di., ad quem ejusdem capellæ collatio dicitur pertinere, auct. propria de facto dictam capellam mensæ suæ appropriaverit; non obst. quod idem Reginaldus in eccl. Cenomanensi canonicatum sub exp. præb., ac capellam Destran. s. c., dictæ di., obtineat, quodque benef. c. c. vel s. c. ad collat. archiep. Rothomagensis per litt. apost. expectet. (A. 33, f. 298^a; V. 90, ep. 1887).

45191. — *Arnaldo Tornerii* prov. canon. eccl. Vicen. sub exp. præb. ac unius ex XII ipsius eccl. præposituris, quæ in eadem eccl. mensatæ vulgariter nuncupantur quæque nec dign. nec personatus existunt et s. c. sunt; non obst. parochiali eccl. de Vallefecunda, Vicen. di., (50 lib.) et quodam benef. perp. in dicta Vicen. eccl. 14 lib. monetæ barchinonen. juxta tax. dec., quod dimittere tenetur. — I. e. m. archid. B. M. de Mari Barchinonen., et sacristæ, ac Raymundo de Argilegueriis, can. Urgellen. eccl. (A. 33, f. 306^a; V. 90, ep. 1916).

45192. — *Richardo de Esprobosco*, cler. Rothomagen. di., gratia exp. benef. sæcularis (c. c. 100 vel s. c. 50 l. t. sec. tax. dec.), ad collat. abbatissæ et conv. monast. B. M. de Monasteriovillari, O. S. B., dictæ di. — I. e. m. abbati monast. s. Petri Gemeticen., Rothomagen. di., et cantori Constantien., ac Guillelmo Bertranni, can. Parisien. eccl. (A. 33, f. 317^b; V. 90, ep. 1930).

45193. — Indulg. unius anni et XL dierum ad quinquennium eleemosynas erogantibus fratribus hospitalis in laudem s. Spiritus in villa s. Saturnini de Portu. Uticen. di., tam pro sustentatione pauperum ejusd. hospitalis quam pro constructione et conservatione pontis supra Rodanum qui prope dictam villam construitur; supplic. universitate hominum dictæ villæ. (A. 33, f. 359^b; V. 91, ep. 2069).

45194. — *Mag. Hermanno de Bohemia*, cap. Papæ, prov. canon. eccl. Ratisponensis cum reservatione præbendæ vacaturæ per consecrationem Werutonis, electi Bambergens.; non obst. quod quoddam off. in eccl. Pragensi, custodiam vulgariter nuncupatum, sive dignitas, vel personatus, sive simplex off. aut quaecumque benef. censeatur, et in ead. Pragen. ac in Vissegraden. prope civit. Pragensem ecclesiis canon. et præbendas necnon et in earum singulis singula præstimonia, quæ obedientiæ vulgariter nuncupantur, obtineat. — I. e. m. archiep. o Salzeburgen., et abbati monast. Aula-regiæ Pragen. di., ac scolastico eccl. Tullen. (A. 33, f. 372^a; V. 91, ep. 2070).

45195. — *Cestoborio de Meczidlineza*, can. eccl. Crusvicien., Wladislavien. di., reservatur una ex villis capituli dictæ eccl., solitis per præpositum de præscripta consuetudine canonicis ejusd. eccl. in perp. benef. assignari; non obst. in ead. et Glussen. eccl. canon. et præbenda, ac parochiali eccl. in Wineiz, Wladislavien. et Poznanien. di., ac provisione canonicatum Cracovien. et Wladislavien. eccl. sub exp. præbendarum et dignitatis, personatus vel off. c. c. vel s. c., in dicta Wladislavien. eccl., necnon exp. benef. c. c. vel s. c. in civit. vel di. Wradislavien. ad collat. ep. i Wratislavien. — I. e. m. Poznanien. et Wratislavien. decanis, ac Busolo de Parma, cap. Papæ, can. Tornacen. eccl. (V. 91, ep. 2280; Theiner, *Monumenta historica Poloniæ*, t. I, p. 321, doc. CDXX).

45196. — *Mathæo*, nato quond. *Benini Bontadini de Albenio*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Brixienensis; non obst. quod perpetuam capell. eccl. Pergamensis cum perp. portione altaris s. Trinitatis siti in s. Vincentii Pergamen., et in S. M. de Bonate superiori et s. Nazarii de Curnascho, Pergamen. di., clericatus et præbendas obtineat, ac in eadem Pergamensi ecclesiis canonicatum et præb. sacerdotalem per litteras Bertrandi, nunc ep. i Ostien., tunc s. Marcelli presb. card., A. S. legati, auct. apost. confirmatas, expectet. — I. e. m. abbati monast. s. Sepulchri de Astino prope montem Pergami, et

Datum *Avenione.*

domus de Galgari Pergamen., et S. M. de Misina, Pergamen. di., præpositis ecclesiarum. (A. 34, f. 13^a; V. 91, ep. 2552).

13 (id.) maii 1329
T. XXX.

15197. — *Rufino, abbati monast. s. Petri de Percipiano, O. S. B., Terlonen. di.,* facult. recipiendi munus benedictionis a quocumque maluerit antistite. (A. 34, f. 36^b; V. 91, ep. 2618).

Ut s.
T. XXIV.

